Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ad salutem peruertas. Et nondum quasi supi-
sillas ierusalem adiurabat ne excitaret
neque euigilare facerent dilectam. hic
euigilare uero ipse eam suscitat et resuscitata-
re ad laborem hortatur. quia omnia tempus
habent et omni rei est tempus sub celo. tempus est
contemplationis. tempus etiam actionis.
Alio uero tempore per caritatem debet curam
proximorum agere et eis uerbum operum
exempla prebere. ac diuine contemplatio-
nis doctrinam impendere. Iam enim
hyemps transiit ymber abiit et reces-
sit. Hyemis et ymbris nomine cec-
itas infidelitatis exprimitur que totum
mundum tenebat usque ad aduentum
christi. Dicit ergo sponsus. Surge amica mea
Alios lucre et ueni. id est quia hyemps transiit sole
iustitie apparente et ymber infidelita-
tis recessit. ac serenitas uere fidei in
mundo resplenduit. Tale est quod apostolus
ps. ait. Nox precessit dies autem appropin-
quabit. Flores apparuerunt in terra
nostra tempus putationis aduenit.
Finita hyeme et ymbre flores ap-
paruerunt in terra. odor uirtutum uidelicet
et pudicie et transeunte asperitate in-
fidelitatis serena fidei successit tem-
pries. Tempus aduenit putationis
id est purgationis sanctorum. Putatio enim
uinearum sanctorum significat purgationem
que in christo et per christum est. De qua ipse dicit.
Ego sum uitis uos palmites etc.
Vox turturis audita est in terra nostra
Hec est uox apostolorum predicantium. Tur-
tur uero est auis castissima et que in
excelsis semper et in arboribus mo-
rari solet et nidificare. apostolos et ce-
teros doctores significat qui pos-
sunt dicere. Nostra conuersatio in celis est.
Que etiam gemitum pro cantu habet.
Sanctorum ploratum significat. quia et
suos ad fletum et lamenta hortantur
dicentes uerba apostolorum. Miseri estote
et lugete et luctus uester uertatur in gau-
dium. Vox turturis audita est in
terra nostra. Vox predicantium apostolorum au-
dita est in terra nostra. hoc est in ecclesia. de
qua psalmus. Domini est terra et plenitudo eius. ps.
Ficus protulit grossos suos. Ficus
synagogam. grossus autem dicuntur pri-
mitiue et inmature ficus inhabi-
les ad edendum. que ad pulsum
uenti facile cadunt. Voce ergo turturis
insonuit. sic protulit grossos suos intonare
quia apostolis predicantibus emiserunt multi
de synagoga iudeorum. qui in christum crediderunt
et tamen legem carnaliter obseruare uolunt
nolunt. magisque austera legis delectant
delectantur quam dulcedine euangelii. uo-
lentes et circumcisionem et sabbatum et
alia legis precepta iuxta litteram obser-
uare. De quibus apostolus dicit. Emulantur apostolus.
uos non bene sed uolunt uos excludi
ut in carne uestra glorientur. Vinee
florentes dederunt odorem suum. Post-
quam uox turturis audita est. postquam
ficus protulit grossos suos. uinee
florentes dederunt odorem suum. quia
multitudo ecclesiarum per latitudinem or-
bis diffusa est. que flores uirtutum et odo-
rem bone opinionis late de se
spargent. Surge amica mea

va-
Et tunc alio tempore debet deo uacare. sapore et inqui-
sitione celestium perfrui. scilicet meditationibus lectionibus orationi-
bus psalmis intendere. pro dilatione proprie suorum et aliorum
peccatis gemere. genuflexionibus. ieiuniis. disciplinis.
uigiliis. precibus crebris et ceteris exercitiis insiste-
re. silentio et quieti. et solitudini operam dare ut
postea angelicas et diuinas illustrationes fruentur re-
cipere. cat